DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
# CENSU EMIGRATIONIS
Von
## Der Nach-Steuer
QUAM
Triuno adſpirante Numine
AUCTORITATE AMPLISSIMÆ FACULTATIS
JURIDICÆ IN PERANTIQVA
ATQVE ILLUSTRISSIMA
HEIDELBERGENSI
PRÆSIDE
REGTORE MAGNIFICO
*VIRO CONSULTISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO*
DN. HENRICO COCCEJO
JURIS UTRIUSQVE DOCTORE
EJUSDEMQVE P.P. UT ET CONSILIARIO
ELECTORALI PALATINO,
FAUTORE SUO
*PRO*
*Summis in utroqve jure Privilegiis & honoribus*
*DOCTORALIBUS Ritè conſeqvendis*
Solemni Eruditorum Examini ſubmittit
*Ad diem Maii, horis, locoqve conſvetis*
JUSTUS HERMANNUS VULTEJUS
Caſſ. Haſſ.

*HEIDELBERGÆ,*
Literis SAMUELIS AMMONII, *UNIV.* Typog.
ANNO M DC LXXXI.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

# DN. CAROLO

D. G. COMITI PALATINO
AD RHENUM, SAC. ROM. IMP.
ARCHITHESAURARIO, PRINCIPI
ELECTORI, BAVARIÆ DUCI, &c.

PIO, FELICI, INCLYTO, PALATINATUS GLORIÆ,
RESTAURATORI, CONSERVATORI
AUGUSTO,

Domino ſuo Clementiſſimo.

SERE.

# SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR, DOMINE CLEMENTISSIME,

DUm paginas has ce ad pedes Serenitatis Tuæ ſubmiſſo animi cultu deſvolvo, non de vis audacia, qvæ inconſideratos ſæpe ad thronum Principum propellit, neq; vanus ambitus, qvo imbuti ſanctas Imperantium perſonas de qvo [illegible] compellare ſuſcipiunt: Gratia Tua ſingularis, qvâ me Sereniſſime Princeps Elector, complexus es, [illegible] opus [illegible] credendi animum mihi facit. Eqvidem tanta Serenitatis Tuæ in me clementia eſt, ut hâc indignus cenſendus eſſem, niſi ejus publicam facerem profeſſionem. Et licet vires meas excedat, meo major eloqvio: malo tamen paucis eam [illegible] impingere, qvàm planè reticendo graviter peccare. Scilicet Sereniſſime Princeps Elector, non ſatis Tibi eſt, ad indigenas intra terrarum tuarum terminos, benignos gratiæ Tuæ rivos diffundere: Ad exteros qvoqve nos ineffabili plane gratiæ tuæ copia defluere pateris. Loqvitur hanc & alias virtutes divinas, qvas omnes complecteris Sereniſſime Princeps Elector, Orbis, admirantur univerſi & ſinguli deprædicant, qvas ego iam ſancto ſtupore potius adorare qvam effari intendo. Certè illos, Sereniſſime Princeps Elector, ſummo omnigenæ felicitatis faſtigio impoſitos

[illegible] ſubdito, quos ſors blanda Tanto Principi [illegible] qvi Bono ſubjecit, qvosqve tam benigna in Principe Majeſtas, tam ſollicita pietas, tam regendi ſcientia tuetur. Qvorum numerum augendi diu ſpes & fiducia Serenitatis Tuæ clementiſſimo animo mihi fecit parare. Sereniſſime Princeps Elector, ut aliquam operam Tuæ beneficentiæ [illegible]; qvi nec ſtudia, nec labores, nec operam, nec ullum fidei [illegible] qvi [illegible] ter; qvò Serenitati Tuæ placeam. In [illegible] voto meo [illegible] ralis credam; Faxit Deus, Sereniſſime Princeps Elector, ut [illegible] vitæ diuturnitatem [illegible] & Imperio, Eccleſiæ Palatinæ [illegible] ſuperſtes, & longam poſteritatem videas, quod calidiſſimis precibus voveo.

Serenitatis Tuæ Electoralis

Dabam Heidelbergæ die [illegible] Maii [illegible]

*Humillimus Servus*

JUSTUS HERMANNUS VULTEJUS

## QVOD DEUS BENE VORTAT!

DE

# CENSU EMIGRATIONIS

Von

# Der Nachſteuer.

### THESIS I.

NEro Cæſar, portentum illud naturæ, initio ſui principatus, cùm ſive ſerio ſive in ſpeciem ſaltim virtutis conſtituiſſet omittere cuncta vectigalia idqve pulcherrimum donum generi mortalium dare, hunc intempeſtivum ipſius impetum, multum prius laudata magnitudine animi, attinuêre Seniores, diſſolutionem Imperii docendo, ſi fructus qvibus Reſpublica ſuſtineretur, diminuerentur. (a) Et prudenter profectò. Etenim neqve qvies gentium inter alios ſpectat, (b) ſine armis, neqve arma ſine ſtipendiis, neqve ſtipendia ſine tributis haberi qveunt. Scilicet vectigalia & tributa Rebuspublicis neceſſaria, nervus rerum, patrimonium Imperii, ornamenta pacis belliqve ſubſidia ſunt, qvibus Princeps deſtituitur, nec exercitus ſuſtentare, nec viros in qvacunqve arte excellentes præmiis afficere, nec urbes, flumina & littora defendere, nec templa excitare, nec in egenos liberalitatem exercere, nec qvocunqve modo ſuæ ſibiqve ſubditorum ſaluti & neceſſitati conſulere poterit.

(a) Tac. l. 13. Ann.
(b) Tac. l. 4. Hiſt.

### Theſ. II.

Hunc etiam antiqviſſimis temporibus parentium cœtibus tributa legimus imperata. Populo Dei, qvum illi regiminis generi, qvod Theocratia appellatur, ſubeſſet, cenſum ſacrum impoſitum fuiſſe ſacer codex teſtatur. (c) Hunc cenſum ſeu

(c) Exod. 30. 12. Num. 1. 2.

tributum ſacrum qvotannis conferre debebant Judæi, ut tabernaculo & ædi ſacræ adverſus ruinas tuendæ impendi poſſet. Sub Regio Imperio, qvod ſpretâ Theocratiâ, Ebræi deſiderabant & impetrabant, tributa viguiſſe dubium non eſt. In oneribus Regii ſtatus, qvæ Samuel gravi oratione Populo Iſraëlitico repræſentabat, ea ponuntur, ex qvibus facultas moralis imponendi tributa colligi poteſt. (a) Hâc facultate Saulem uſum & prima ſibi ſubjectis indixiſſe tributa, Doctorum aſſertum eſt. Apud Ægyptios Seſoſtrem, Ægyptum in omnes incolas diſtribuiſſe, per ſortem data viritim æqvâ ſoli qvadrati portione atqve inde vectigal inſtituiſſe, impoſitâ penſione certa qvotannis pendenda, Herodotus memoriæ prodidit. (b) Idem autor eſt, (c) apud Perſas ſub Cyro atqve ſub Cambyſe nihil circa tributa fuiſſe inſtitutum ſed munera allata. Darium vero Hyſtaſpis filium viginti provincias conſtituiſſe earumqve ſingulis præſides præfeciſſe, taxato qvod penderetur tributo per nationes &c. Addit [illegible] pater hiſtoriæ, ob hunc tributi ordinationem & alia hujusmodi Darium appellatum fuiſſe Inſtitorem, res omnes qvæſtui habentem. (d) Qvanqvam Marshamus (e) Darium Medum gentibus primo tributa impoſuiſſe contendit. Certè aliqvod tributi genus Darii Hyſtaſpis filii inſtituto antiqvius Perſis impoſitum Juſtini hiſtoria oſtendit. Refert enim Magos, qvi fraude regnum qvæſierant, ad favorem populi conciliandum in triennium tributi & militiæ vacationem permiſiſſe. Lacedæmone nulla antiqvitus tributa uſitata fuiſſe Nicolai Cragii opinio eſt. (f) Poſteriora tamen tempora, in qvæ bellorum freqventia incidebat, & civibus & ſociis tributa indicendi Spartæ neceſſitatem impoſuiſſe idem refert. (g)

[a] Sam. 8. 5. 11.

[b] l. 2. c. 141.

[c] l. 3. in Euterpe.

[d] Herod. cit. l.

[e] Can. Chron. Sec. XV. p. 418.

[f] de Republ. Laced. l. 4. c. 1.

[g] loc. cit.

### Theſ. III.

Urbem Dominam, Romam tributa non ignoraſſe hiſtoriarum monumenta teſtantur. Servium Tullium, ubi urbis

gubernacula invaſerat, Populum Romanum in cenſum relatum, ut pro habitu pecuniarum ſeu pro cenſu facultatum ſuarum qvilibet tributum conferret, Livii, (a) Dionyſii Halicarnaſſei (b) & Flori (c) lectio docet. Crevit autem ſucceſſu temporis mos exigendi tributa. Excogitati varii vectigalium & tributorum tituli & nomina, qvorum recenſum ut inſtitutum, præcipua huic meditationi brevitas prohibet, Illud ſaltem dicam innotuiſſe jam olim Romanis Capitationes, Aurum Coronarium, item vectigal portorium, Decumarum, Scripturæ, Salis, Macelli, Viceſimæ. Conſtat etiam innotuiſſe Qvinqvageſimam venalium mancipiorum, qvadrageſimam litium. Conſtat poſt Latini ſermonis decrementa, per barbara nomina incrementa ſumſiſſe tributa, cujusmodi ſunt Pedagia, Guidagia, Paſſagia, Pontoregia, Taliæ, aliaqve ejus commatis. (d) Atqve ne tributorum numerus deficeret ex gerulorum diurnis laboribus, (e) ex capturis proſtitutarum, (f) ex meretricio qvæſtu, ex lotio, (g) ex aere, (h) ex umbrâ, (i) alicubi provenire debuerunt. Alibi ex caudâ qvavis jumenti, ex focis, ex conjugiis exacta. Hodie Romæ adhuc ærarium Papanum locupletat vectigal illud, der Milchzoll, qvod ſcorta publica Pontifici pendunt. Opimum autem hoc eſt vectigal. Etenim ſi Cornelius Agrippa calculum rectè poſuit, nonnunqvam 20000. Ducatorum inde annuatim redierunt. Et poteſt facilè tanta pecuniæ vis colligi, ubi lupanaria proſtibulis pleniſſima reperiuntur. Sic Cornelius Agrippa, referente Bleckio (k) teſtatur Anno 1552. recenſu habito, Romæ in grege meretricum 24000. Papæ nummorum cenſum ſolviſſe.

(a) [illegible] (b) [illegible] (c) [illegible]
(d) [illegible]
(e) [illegible]
(f) [illegible] in [illegible]
(g) ibid.
(h) Sueton. in Veſ. Pe. [illegible]
(i) Plin. l. 12 hiſt. nat.
(k) [illegible] n. 140.

### Theſ. IV.

Ex qvibus ſatis diſpalleſcit tributa partim antiqva, partim apud varios populos olim & adhuc hodiè varii nominis fuiſſe & eſſe. Cæterum de ſingulis agere mihi propoſitum non eſt.

Huic

Huiç yerò meletemati materiam ſuppreditabit, iſte, qvem Juriſconſultorum Scholæ Cenſum Emigrationis adpellant. Atqve ut ab Etymologia incipiam; non eadem ab omnibus voci cenſus origo adſignatur. Suidas natales ejus in Græcia qvæſivit; Sed in Latio enatum eſſe ex vero judicare videtur Martinius, (a) qvando à Cenſendo deſcendere adſerit. Conſentiunt alii, qvorum nomina adſcribere nolo. Nec enim inſolens latina tranſiiſſe in ſtylum Græcum.

(a) *in Lexic. Philol.*

Theſ. V.

Cæterum variis vocabulum Cenſus patet ſignificationibus. Primò enim actum cenſendi ſignificat, conſpicuum olim in bonorum æſtimatione, ſecundum qvam tributa pendebantur. Unde etiam illi, qvibus præter alia æſtimandi cura demandata erat, Cenſores appellabantur. (b) Secundò denotat patrimonium ipſum & qvicqvid fortunarum qvis poſſidet. Hunc ſignificatum Poëtarum lectio firmat. Apud Ovidium (c) legitur:

*In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores*
*Cenſus amicitias, pauper ubiqve jacet.*

(b) *Halicarn. l. 4. Caſaub. exerc. 16. ad Baronii Annales.*
c] *1. Faſt.*

Qvæ Cenſus acceptio etiam apud Ulpianum obſervare eſt. (d) Tertiò ſignificat tabulas, in qvas opes cujusqve civis habitâ æſtimatione referebant. Hinc illæ apud Latinos Autores loqvendi formulæ: in cenſum deferre: deducere in cenſum dedicare in cenſum. Atqve iſtas tabulas cenſuales dictas legenti ſcriptores rerum Romanarum manifeſtum erit. Qvartò accipitur pro penſione annuâ, qvę ex prævio contractu alteri, etiam privato ſolvitur & qvidem plerumqve ex uno vel pluribus prædiis. Qvintò pro tributo & penſitatione publicâ qvâcunqve in recognitione Dominii & in auxilium ac tuitionem Reipublicæ, qvæ principi eam temperanti incumbit. (e) Hic ſignificatus a nobis attenditur, qvi addita voce emigrationis magis determinatur atqve conſtringitur. Emigratio autem, uti nemini obſcurum eſſe poteſt, aliàs ex uno in alium locum denotat tranſitum; Eundem

d] *l. 16. pr. ff. ad Sen. Treb.*
e] *rub. & l. 2. C. ſine Cenſu vel reliq. fund. occup. non poſſe.*

dem hic etiam repræſentat ſed cum domiclii translatione conjunctum. Qvanqvam vero ſubinde ſub vocabulis Cenſus detractionis etiam hic Cenſus Emigrationis veniat, (*a*) (cùm utiqve juxta ſignificationem vocis, ab Emigrantium bonis aliqvid detrahatur,) tamen juxta communem Doctorum acceptionem, ſub vocabulo Cenſus detractionis illud vectigal intelligitur, qvod ex hereditatibus & morientium bonis ad exteros pervenientibus detrahitur. Germanica qvoqve vocabula confunduntur, dum ſub voce Abzug / Abſchoß / Nachſteuer / uterqve Cenſus promiſcuè ſæpè veniat, propriè tamen uſus ſic fert, ut vox Nachſteuer de Emigrantium; Abzug / de morientium ſ. defunctorum bonis dicatur. (*b*)

*a) Klock de contrib. c. 1. n. 234.*

*b) Beſold. theſ. pract. ſub hac voc.*

## Theſſ. VI.

Sufficiant hæc de nomine hujus tributi. Succedat nominis conſiderationi definitio. Hanc ita eloqvimur. Cenſus Emigrationis eſt vectigal, qvod ſubditi, qvi domicilii locum mutant, ex bonis transferendis, ſuperiori, cui hoc jus in uſu, in compenſationem præſtitæ protectionis & imminuti tributi, penſitare coguntur. Definitio hæc vel potius deſcriptio duabus conſtat partibus, genere & differentiâ. Generis locum implet vectigal. Obſervandum autem non denotare ſtrictè talem penſitationem, qvæ ſolvitur de mercimoniis, qvæ hinc inde vehuntur commercii causâ, ſive portus ſive venditionis nomine: (*c*) ſed omne illud, qvod fiſco pro aliqva re præſtatur, & ita latè accipi vocabulum vectigalis, Hermannus Conringius teſtis eſt. (*d*) Collectæ autem vocabulum loco generis non ponimus, qvanqvam enim Collecta Doctoribus communiter ſignificet, qvod Germani Stewer appellant, (*e*) hæc autem penſitatio Nachſtewer / qvaſi ultima collecta vocitetur per imperii Conſtitutionem de Anno 1555. §. Wo aber: cùm tamen Collecta ſumatur freqventius pro penſitatione non ordinaria

*c) Klock. de Contrib. c. 1. n. 161.*

*d) Diſput. de vectig. §. 6. Auſon. Popma de differ. verb. l. 3. p. 214.*

*e] Meiſner. deciſ. 8. n. 8. tom. 2 L. 1,*

B     & qvæ

&qvæ [illegible] ſalum [illegible] ſuperioris, neceſſitate & cauſa, exigente [illegible], [illegible] ſedimus poteſt; (a) qvæ de cenſu noſtro [illegible] [illegible] genus adſignare. Differentia petitur ab additamentis nonnullis, per qvæ definitum declaratur. De ſingulis infra [illegible] agetur, in anteceſſum tamen, ut aliqvid lucis [illegible] [illegible], [illegible] dum (x) per ſubditos hic ſubjectum [illegible] [illegible] ligi qvoscunqve parentes, (y) ſive ſint Cives ſive ruſtici [illegible] ratione emigrationis qvoqve [illegible] in locis ſuant [illegible] eſolutionem ruſtici præſtare teneantur. (z) Domicilii [illegible] [illegible] intelligi, qvæ re & facto non nuda animi [illegible] ſit, cum autem qvis duplex domicilium habere poſſit, [illegible] ſi qvis re & facto bona in aliqvo loco habens, domicilium ſe [illegible] retinere velle conteſtatus, alibi incola ſit, [illegible] deferat, ratione eorum bonorum cenſum hunc, [illegible] æqvum eſſe credimus, qvum propter [illegible] qvod ratione eorum alias ſolent, [illegible] [illegible] transferenda intelligi objectum hujus cenſus, [illegible] [illegible] bona, qvæ tranſlationis ſunt capacia, (a) qvæ enim [illegible] admittunt, ea Magiſtratus juriſdictione non [illegible] tenus autem nomina & mobilia alibi exiſtentia [illegible] ſum veniant, inferius pluribus [illegible] hæc vero [illegible] jus exig[illegible] Emigrationis [illegible], ſive [illegible] territorio [illegible] Magiſtratu Municipali; (e) [illegible] hæc poteſtas ad eos, qvibus hoc [illegible] de qvo [illegible] bus. ubi igitur [illegible] [illegible] jure competit. (f)

(v) Finis noſtri cenſus in definitione [illegible] qvando dicitur, qvod ſolvi debeat in compenſationem [illegible] tæ protectionis & tributi imminuti. [illegible] autem per

cono-

a) [illegible] c. 1. [illegible] Sixtin. [illegible] & alii.

b) [illegible] ſ. [illegible] Weber

c) [illegible] ad Municip.

d) Mev. ad jus Lub. part. 2 lib. 3. Art. 4. n. 31. 32.

e) [illegible] Tralſtorr

f) [illegible] de leg. [illegible] in fin. ff. de Pollic.

compenſationem, aliqva qvaſi remuneratio ſeu merces, qvæ Magiſtratui ab Emigrantibus præſtatur, ut, cùm hactenus ab eo tum qvoad bona tum qvoad ſemetipſos defenſi fuerint, hac levi gabella officium illud compenſent & agnoſcant. Imò cùm tranſportatio bonorum & imminutio perſonarum Dominis etiam ratione juris ſui damnoſa ſit, merito emigrantes hunc cenſum præſtare & onus hoc luëre debent (*a*)

*Vid Meß. ad ius Luber. p. 2. art. 4 n. 32.*

(6) Per verba hæc definitionis, penſitare coguntur, remedia demonſtrari & præſidia, qvæ conſeqvendo huic Cenſui inſerviunt. Sed de his omnibus nonnullæ ſeqventium theſium plura proponent.

*a) Speidel. in Spec. iur. pol. ſub. voc.* Abzug. Nachſteuer

### Theſ. VII.

Qvando initium hæc gabella ſumſerit. aut à qvo primum inventa vel inſtituta fuerit, nulla veſtigia adſunt. Jure communi qvidem ex uno in alium locum abire libereqve diſcedere cuiqve conceſſum, (*b*) interea, cùm hoc ipſo, qvod qvis domicilium mutaret, non tamen poterat ſua voluntate origini præjudicium facere ſive ab ea eximi, (*c*) ſed nihilominus onera perſonalia præſt_re loco in originis debebat, (*d*) adhuc penſitationibus aliqvo modo obnoxius erat. Cùm autem hoc jus originis poſtmodum in deſvetudinem venerit, (*e*) & præſertim in Germania conſvetudine receptum, ut civis originarius civitati renuncians & domicilium aliò transferens, civis eſſe deſinat, non ſolum qvoad munera, verum etiam qvoad jurisdictionem: (*f*) tacitè videtur introductum, ut Emigrantes aliqvid loco horum munerum præſtarent. Eqvidem, qvanqvam nec hodie jura qvenqvam certis limitibus, intra qvos ſe continere debeat, adſtringant, ſed cuiqve patriam patria mutare liceat, eo ipſo tamen ſubditis liberam evagandi licentiam conceſſam eſſe, nulli credimus, ſed illam ſocietatis juribus contravenire cum Oſiandro contendimus: (*g*) unde qvoqve ta-

*b) L. 31. ad Municip. l. 5. §. ult. de Capt. & poſtlim. reb:*

*c) l. pen. C. de Municip. Orig. ult. C. eod. l. 4. C. de munic.*

*d] L. 1. c. de Munic.*

*e) Struß. Exerc. 9. th. 19.*

*f] Gesl. l. 2. Obſ. 36. n. 7. & ibi alleg. Afflict. dec. 384.*

*g) Comm. ad H. Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 5. n. 24.*



lis

lis licentia abeundi vel Principis juriſdictioni frivole ſe ſubducendi per Receſſus Imperii (a) expreſſe ſatis eſt prohibitum, imo antiqvam conſvetudinem fuiſſe teſtatur Servius, (b) ut ſi migraturus in aliam gentem vel familiam, ab ea prius, in qva fuerat, ſe abdicaret. Præter hæc jam ſtatutis plurimarum civitatum, moreqve majorum receptum eſt, ut civis volens deſerere civitatem & alibi domicilium qværere, cogatur inprimis de omnibus bonis ſuis certam pecuniæ ſummam civitati penſitare & tributum hoc dare, qvod cenſum Emigrationis vulgo die Nachſteuer / appellant. Ex qvo patet conſvetudinem hanc, qvanqvam, qvo tempore enata ſit, verius ignoretur, tamen antiqviſſimam & notoriam eſſe, uti Dd. teſtantur. Eandemqve adhuc hodiè confirmat qvotidiana civitatum & oppidorum obſervatio. Adde qvod in pleriſqve locis [illegible] ſtatuto aut lege municipali ſancitam eſſe tradunt, Gail, (c) Rauch. (d) Coppen (e) Thoming. (f) &c.

a) [illegible] Imp. [illegible] 6. & [illegible] An. 1555. §. 4.
b) [illegible] Lib. Aeneid. Vid. H. Grot. not. in lib. 2. c. 5. n. 24. de I. B. & P.
c) [illegible] 2. obſ. 5. 9.
d) [illegible] 96 aſſ. [illegible]
e) [illegible] 96 [illegible]
f) [illegible]

Theſ. VIII.

Juſtitia autem hujus Cenſus nemini dubia eſſe debet. Ut ſi enim jure Naturæ Imperantes in ſubditorum capita non ſolum poteſtatem ſed etiam aliqvale dominium in bona habent, (g) Ita non iniqvum eſt, ut ſubditi abeuntes & bona civilia exportantes aliqvod lytrum pro ſe ſuisqve bonis pendant, qvo Magiſtratui ex bonis in alium locum transferendis, qvorum fructum jam alius naciſcetur, certam portionem ſolvant, qvæ ſecundum cujusqve loci ſtatuta determinatur. Præſertim, cum civitas non poſſit conſervari aut diu ſubſiſtere, niſi ſint cives, qui civitatis onera ferant, inqve ea permaneant, frenoqve aliqvo comſtringantur. Qvod ſi verò pro lubitu cives patria excedere & laute ſecum patrimonia deducere poſſent, utiqve cives relicti à focys derelicti ſub duplicatis oneribus ſuccumberent. Hinc remedium huic malo inventum, ut ex bonis exportandis certam

g) Oſiand. ad H. Grot. [illegible] I. B. & P. lib. 2. c. 5. n. 24.

tam portionem ob imminutionem tributorum Magiſtratus decerperet, ne ſcilicet in totum Reſpublica deſtituatur bonis, quæ ſine dubio hactenus in ejus qvaſi ſinu conſervata, inqve eo etiam interdum incrementa ſumſerunt. Qvare æqvum eſt, ne ſine præſtito hoc cenſu, gaudeant iis extranei, priventur vero domeſtici, qvi variis de cauſis jus qvoddam qvæſitum in iis habent, (*a*) Et ſane, ſi hic Cenſus ſolvendus non obtineret, crebrioribus emigrationibus obex poni commodè non poſſet, nec futuræ vacationes à muneribus publicis aliqvatenus redimerentur. Huc pertinet, qvod jure communi in bonis libertorum patroni habent tertiam partem bonorum & hoc in remunerationem præſtiti patrocinii. (*b*) Et hoc tributi genus expreſſè approbat celebris illa & nunqvam ſatis laudata Imperii conſtitutio vel ſanctio Anno 1555. promulgata, in qva pax Religioni conceſſa eſt. (*c*) Ita ut non moremur eos, qvi exactionem hanc de jure odioſam eſſe fruſtra oſtendere allaborant.

Theſ. IX.

Hic jam ſe nobis qvæſtio illuſtris & controverſa valdè inter Doctores ſiſtit. An hunc Cenſum exigendi jus ſit inter Regalia referendum, an vero vi jurisdictionis civilis, an ratione meri & mixti Imperii competat. Singulæ hæ tres ſententiæ ſuos habent Patronos.

Ad merum & mixtum Imperium referunt hoc jus Cothmannus (*d*) Schepltzius (*e*) Mevius (*f*) &c.

Jurisdictioni adſcribunt Mindanus, Meiſchnerus (*g*) qvi tamen ſuam ſententiam retractavit, (*h*) Klockius & alii. Inter Regalia numerant Coppen (*i*) Beſoldus, Speidelius ſub voc. Abzug Nachſteuer &c.

In hiſce ſententiarum divortiis, nos cum illis facimus, qvi regalibus annumerant hanc exigendi cenſum facultatem. Nam omninò à vero abire videntur illi, qvi à mero Imperio

*d) Reſp. Jur. A ad 19. n. 11.*
*e) Conſ. ... Brand. p. ...*
*f) ... Dec. p. 2 l. ... Art. 4 n. 14.*
*g) tom. 2. l. 1. Dec. 15. §. n. 11.*
*h) tom. 2. l. 1. Dec. 9 n. 2*
*i) Deciſ. qvæſt. 32.*

 pro-

proficiſci contendunt. Merum enim imperium eſt poteſtas animadvertendi in facinoroſos gladio, (a) à qva Poteſtate ipſum jus indicendi hunc Cenſum longe differre luce meridiana clarius eſt. Nec video qvibus argumentis ſententiam ſuam fulcire qveant, qvæ etiam in cauſa C. contra D. Anno 1563. 10. Martii in Camera rejecta & exploſa eſt; teſte Bocero (b)

a) l. 3. ff. de jurisd.
b) c. 1. n. 25. de Collect.

Qvod alteram ſententiam attinet, conſtat jurisdictionem eſſe poteſtatem judicandi & judicatum exeqvendi. Qvid verò jus, de qvo nos loqvimur, commune habeat cum jurisdictione, non apparet. Nec eſt, ut qvis dicat per Jurisdictionem intelligi Jurisdictionem majorem, ſub cujus appellatione ſuperioritas territorialis ſæpiſſimè comprehenditur. Nam hoc modo non contradicitur iis, qvi jus noſtrum ad Regalia referunt, cum ita accepta jurisdictio nil aliud ſit, qvàm analoga Majeſtati Imperatoriæ poteſtas, (c) & ſic qvoqve Regalia ſub ſe contineat.

c) Struv. Exerc. 9. th. 29.

Cum itaqve aſſerimus ad Regalia hoc jus referendum eſſe, habemus conſentientem Facultatem Juridicam Altorphinam, uti videre eſt ex reſponſo ad conſultationem Senatus Coburgenſis Anno 1610. d. 16. Febr. qvod refertur in continuatione theſ. pract. Beſold ſub voc. Abzug. Deinde cum nonniſi iis, qvi regalia habent, jus collectandi competat, ſanè jure merito & hoc jus ad Regalia referendum eſt: ut in jam citato Reſponſo latius oſtenditur. Sed hic valde ſe opponit Klockius: (d) Præcipua ejus argumenta huc redeunt.

d) c. 3. de Contrib. n. 168. & ſeqq.

Primò plura oppidula in Weſtphalia & inferiori Saxonia, nonniſi jurisdictionem habentia, etiam collectas in uſus præcepti exigunt. E. vi jurisdictionis illas exigunt. Sed Reſpondetur. Si hæc oppidula jus tale habent, habent hoc vi Regalii alicujus. Non enim abſurdum eſt, talibus oppidis & villis municipalibus aliqvod Regale tribuere, cum hoc per tempus imme-

[illegible] memoriale aut præſcriptione debita [illegible] ſicuti non ſolum plurimi Juris publici Autores (a) [illegible] [illegible] concedunt, & illud reſponſum Altorphinum, quod ex Beſoldo modo [illegible], magis confirmat, [illegible] [illegible] probat cap. [illegible] X. de V. S. Alterum argumentum, quo placitum ſuum munire conatur Klockius, hoc eſt, In Camera dicit, adjudicata Jurisdictione Civili, ſimul jus Collectandi [illegible] adjudicatum fuiſſe, in cauſa Schwartzberg [illegible] Herbipolenſem, ubi ex verbis, das [illegible] [illegible] die Leute in den Reichs Anlagen und [illegible] macht habe, jus collectarum [illegible] [illegible] Reip. (1) Ex his verbis citatis non jus collectarum, [illegible] diſtribuendi in ſubditos collectas jam imperatas a Superiore [illegible] poſſe. Expreſſe enim ſatis Doctores [illegible] inter impoſitionem collectarum & earum diſtributionem ſeu indictionis executionem: (b) & illam inter regalia [illegible], hanc Juriſdictioni ſubjiciunt. Deinde (2) po[illegible] [illegible] Cameræ ſententia jus indicendi collectas adjudicatum [illegible], negamus tamen, hoc factum, propter juriſdictionem [illegible]; hoc enim, ſi verum eſſet, omnibus, qui juriſdictione gaudent, hoc jus collectandi competere [illegible] eſſe, experientia magiſtra docet. Unde [illegible] ſufficienter inductum fuiſſe, hoc jus [illegible] a tempore immemoriali fuiſſe in uſu. Il[illegible] [illegible], nos non inficiari juriſdictionem habentes, collectas exigere poſſe ex conventione & conſenſu Ci[illegible] [illegible] quod noſtræ ſententiæ non obeſt, [illegible] per modum præcepti imperatas.

Theſ. X.

Sed [illegible] de hac quæſtione: Ad ſubjectum noſtri Cenſus [illegible], quod duplex deprehendimus: alterum perſonæ, qui-

proficiſci contendunt. Merum enim imperium eſt poteſtas animadvertendi in facinoroſos gladio; (a) à qva Poteſtate ipſum jus indicendi hunc Cenſum longè differre luce meridiana clarius eſt. Nec video qvibus argumentis ſententiam ſuam fulcire qveant, qvæ etiam in cauſa C. contra D. Anno 1563. 10. Martii in Camera rejecta & exploſa eſt; teſte Bocero. (b)

*a) l. 3. ff. de jurisd.*
*b) c. 1. n. 25. de Collect.*

Qvod alteram ſententiam attinet, conſtat jurisdictionem eſſe poteſtatem judicandi & judicatum exeqvendi. Qvid verò jus, de qvo nos loqvimur, commune habeat cum jurisdictione, non apparet. Nec eſt, ut qvis dicat per Jurisdictionem intelligi Jurisdictionem majorem, ſub cujus appellatione ſuperioritas territorialis ſæpiſſimè comprehenditur. Nam hoc modo non contradicitur iis, qvi jus noſtrum ad Regalia referunt, cum ita accepta jurisdictio nil aliud ſit, qvàm analoga Majeſtati Imperatoriæ poteſtas, (c) & ſic qvoqve Regalia ſub ſe contineat.

*c) Struv. Exerc. 9. th. 29*

Cum itaqve aſſerimus ad Regalia hoc jus referendum eſſe, habemus conſentientem Facultatem Juridicam Altorphinam, uti videre eſt ex reſponſo ad conſultationem Senatus Coburgenſis Anno 1610. d. 16. Febr. qvod refertur in continuatione theſ. pract. Beſold ſuc voc. Abzug. Deinde cum nonniſi iis, qvi regalia habent, jus collectandi competat, ſanè jure merito & hoc jus ad Regalia referendum eſt: ut in jam citato Reſponſo latius oſtenditur. Sed hic valde ſe opponit Klockius: (d) Præcipua ejus argumenta huc redeunt.

*d) c. 3. de Contrib. n. 168. & ſeqq.*

Primò plura oppidula in Weſtphalia & inferiori Saxonia, nonniſi jurisdictionem habentia, etiam collectas in vim præcepti exigunt. E. vi jurisdictionis illas exigunt. Sed Reſpondetur. Si hæc oppidula jus tale habent, habent hoc vi Regalis alicujus. Non enim abſurdum eſt, talibus oppidis & villis municipalibus aliqvod Regale tribuere, cum hoc per tempus im-

memoriale aut præſcriptione debita ſibi potuerint acquiſiviſſe, ſicuti non ſolum plurimi Juris publici Autores (a) Regalibus peculiaribus poſſe concedunt, & illud reſponſum Altorphinum, quod ex Beſoldo modo citavimus, magis confirmat, ſed & evidenter probat cap. ult. ibique notata X. de V.S. Alterum argumentum, quo placitum ſuum munire conatur Klockius, hoc eſt, In Camera dicit, adjudicata Juriſdictione Civili, ſimul jus Collectandi expreſſe adjudicatum fuiſſe, in cauſa Schwartzberg contra Præpoſitum Herbipolenſem, ubi ex verbis, das Schwartzburg in dem Diſtrictu quæſtionis die Leute in den Reichs Anlagen und Schatzungen anzuſchlagen macht habe / jus collectarum inferri cenſetur; ſed Reſp. (1) Ex his verbis citatis non jus collectarum, ſed ſaltim diſtribuendi in ſubditos collectas jam imperatas a Superiore colligi poſſe. Expreſſe enim ſatis Doctores diſtinguunt inter impoſitionem collectarum & earum diſtributionem ſeu indictionis executionem: (b) & illam inter regalia referunt, hanc Juriſdictioni ſubjiciunt. Deinde (2) poſito, quod in Cameræ ſententia jus indicendi collectas adjudicatum fuiſſe, negamus tamen, hoc factum, propter juriſdictionem ſimpliciter evictam; hoc enim, ſi verum eſſet, omnibus qui juriſdictione gaudent, hoc jus collectandi competeret, quod abſurdum eſſe, experientia magiſtra docet. Unde dicimus, forte ex Actis ſufficienter inductum fuiſſe, hoc jus collectandi Victori a tempore immemoriali fuiſſe in uſu. Illud tamen obſervandum, nos non inficiari juriſdictionem habentes, collectas exigere poſſe ex conventione & conſenſu Civium, neceſſitate urgente: quod noſtræ ſententiæ non obeſt, quæ loquitur contributiones per modum præcepti imperatas.

Thes. X

Sed ſatis de hac quæſtione: Ad ſubjectum noſtri Cenſus pergimus, quod duplex deprehendimus: alterum perſonæ,

qvibus hic Cenſus debetur: alterum Perſonæ, qvæ hunc cenſum ſolvere tenentur. Perſonas, qvibus debetur, definitio exhibet: Scilicet ſuperioris, qvibus hoc jus in uſu. Cum autem ſuperioritas competat & Imperatori & Principibus & Comitibus & civitatibus tam Imperialibus qvam Municipalibus qvibusdam, item Nobilibus tam mediatis qvam immediatis, & inſuper aliis, qvi bona Superioritatem talem ſibi annexam habentia poſſident: omnibus his atqve ſingulis jus cenſum Emigrationis exigendi non denegandum putamus, modo hoc iis ſit uſu receptum: ad hunc enim maxime reſpicit Conſtitutio Imperii de Anno 1555. §. 24. his verbis gegen ziemlichen und billichen Abtrag der Nachſtewer/wie es eines jeden Orts von alters her üblich herbracht und gehalten worden iſt. Et Rec. Imp. de Anno 1594. §. Und ſo viel 81. ibi Auch gewöhnlicher herbrachter Nachſtewer: ſic uti nec tale jus de novo inſtitui poſſe absqve præſcriptione vel privilegio Jmperatoris, volunt Doctores, ad ſerentes jus hoc non valere, nec exerceri poſſe, niſi ubi conſvetudine per freqventatos actus fuerit inductum aut ſtatuto receptum, nec admittendum eſſe, anteqvam hoc modo illud introductum probetur: Sed jure communi, qvod ſubdito migrandi liventiam indulget per l. poſtlim. §. fin. de Captiv. & poſtlim. revers. ſtandum eſſe. Videantur Carpzovius (a) Klockius (b) & alii. Jure autem hoc uti Principes, teſtantur ſtatuta Palatina, Marchita, Anhaltina &c. Idem a civitatibus pluribus obſervari tradit Mevius, (c) Geilius; (d) &c. Civitatibus Municipalibus vindicat reſponſum illud Altorphinum plus vice ſimplici laudatum. Nobiles vero hoc jus exercuiſſe confirmat Mevius. (e) Competit autem Principibus hoc jus vi regalium, ut & Comitibus, & hinc ratione ſuperioritatis territorialis, qvam Regalia comitantur, ab illis in ditionibus ſuis, in qvibus receptum eſt, recte exercetur. Civitatibus Imperialibus, etiam vi regalium convenit, qvæ ipſæ, ut ſtatus Imperii eodem

Beſold. theſ. iur. Pract. ſoc. Nachſtewer

a) Juriſpr. for. part. 3. conſt. 36. Def. 19. n. 8. 9. 10.
b] c. 1. de contrib. n. 243.
c] ad ius Lubec p. 2. t. 2. Art. 4.
d] p. 2. Obſ. 36.
e] ad ius Lubec p. 2. t. 2. Art 4.

jure

jure utuntur. Nobiles, cum non ſint Status Imperii, nec habeant alias regalia, ut ex mandato ſine clauſula de Anno 1580. d. 19. Jan. (a) patet, regalia tamen aliqva & ſic hoc jus per legitimam præſcriptionem acqvirere poſſe, nemo inficias ibit, qvæ an privilegiorum an regalium nomine inſignire malis, perinde eſt. Hic paucis illa qvæſtio erit enodanda de Profeſſoribus, qvam multis tractat & examinat Cothmannus. (b) Qvamvis autem has perſonas libere venire & diſcedere poſſe ſecundum jus commune (c) forte nullum ſit dubium, & Autores conſtanter affirment: nihilominus ſi Cenſus hic præſtandus ſit a Profeſſoribus, an Academico Senatui, an vero Municipali debeatur in hypotheſi qværit Cothmannus. Secundum prædicta dicimus, qvod jus detrahendi cenſum emigrationis competat iis, qvibus hoc in uſu. Cum autem Senatus Academicus hoc jus per longævam conſvetudinem exercuerit, ipſi denegandum non erit. Qvod ſi vero tale jus per longam conſvetudinem vel ſtatuto ſibi adſerere non poſſit, Magiſtratui Municipali hunc cenſum à Profeſſorum Emigrantium bonis decerpi poſſe Doctores negant, (d) cum oppidanus Senatus nec in membra Academica, neqve in eorum bona & poſſeſſiones qvicqvam juris habeat, nec bona, qvæ Profeſſores transferunt, [illegible] Magiſtratus Municipalis eo tempore, qvo à profeſſoribus poſſeſſa ſunt, unqvam fuerint. Si vero per ſtatutum a. privilegium aut conſvetudinem hoc jus Senatus Municipalis in Emigrantes Academicos exercuerit, vigorem tunc ejus obſervandum eſſe nullum eſt dubium. Huc facit qvod Wehnerus (e) [illegible] ex conſvetudine & ſtatuto alibi Magiſtratui Municipali [illegible] competere hoc jus, alibi Superiori Domino, alibi utri-

a) Vid. [illegible] pil. [illegible] Cam. verb. Nobilitas.

b) Reſ. [illegible] cad. 19.

c) [illegible] bita [illegible] pro parte.

d) Cothm. reſp. [illegible] 19.

e) Obſ. pract. voc. Nach[illegible]

procivi non eſt. [illegible] jus, [illegible]
ſoldus. (a) In Ducatu Wirtembergico [illegible] libere [illegible]
la detractione poſſit emigrare, idem jus eſſe apud cives [illegible]
[illegible]enſes, Spirenſes, Wimpfergenſes, [illegible]
bingenſes, Argentinenſes retulit [illegible] Beſoldus. Quod &
alii quoque civitatibus, [illegible] in Franconia [illegible] narrat
Wehnerus.

Theſ. XI.

Quod ad perſonas, quæ hunc cenſum præſtare debent, attinet, omnes ſubditos, qui domicilium mutant & emigrant, hunc teneri [illegible], qui ſingulari privilegio [illegible] ſunt exempti, ſtatuimus. Hinc non ſolum [illegible] contra plebejos, ſed etiam contra nobiles, ſi generali [illegible] conſuetudine in aliqua provincia ſit introductum [illegible] tum eſt. Inde Marchia receptum eſſe [illegible] (b) Cum enim nobiles [illegible] ſunt, (c) [illegible] patrimoniorum [illegible] plebejis [illegible], nec ita [illegible] perſonæ [illegible] [illegible]antur; (d) [illegible] ſpecialiter [illegible] conſuetudine [illegible] quoque [illegible] nam [illegible] qui [illegible] poſſit, [illegible] men cum domicilium [illegible] (f) [illegible] [illegible]

[illegible]

pria culpa ſibi attrahit, & qva delinqvens vel debitor oneratus executionem Judicis patitur, aut ubi qvis propter religionem ultro nec coactus abit, qvæſtionem eſſe. Cum enim hæc neceſſitas diſcedendi proficiſcatur ex facto ſpontaneo, propterea ab hoc cenſu emigrans liber non erit. Sed hoc qværitur: an Magiſtratus a ſubditis, qvos e ditione ob aliena ſacra diſcedere jubet tributum emigrationis exigere poſſit. Sunt, qvi æqvum & juſtum eſſe, ne qvicqvam exigatur, adſerunt. (a) Pro qva ſententia in Camera qvoqve deciſum fuiſſe in cauſa Heilbron contra die Statt Schwäb: Gemünde refert Beſoldus (b) Qvanqvam id vix probari poſſe ex Rec. Imp. de Anno 1555. §. 24. Wo aber (qvi contradicere videtur) alii tam propter generalitatem textus, qvam propter rationem, ob qvam hic Cenſus ſolvitur, judicare videntur. Non errabit, qvi in hoc caſu diligenter circumſtantias conſiderandas, & ſecundum eas temperamentum juſtitiæ & æqvitatis adhibendum eſſe, pronunciat. Cæterum hic obiter notandum, in qvibusdam locis contra ejusdem Principis ſubditos in diverſas curias, civitates aut pagos abeuntes etiam hoc jus Emigrationis locum habere: ſicuti in Principatu Anhaltino in uſu eſt: (c) & in Thuringia illos, qvi ex una præfectura in aliam vicinam, licet ejusdem Domini jurisdictioni ſubjectam, res ſuas mutato domicilio transferunt, hunc cenſum ſolvere refert continuatio theſauri Beſold. ſub voce Nachſteuer.

*a) Coppen ibique Auctores quæſt. 11. n. 15.*

*b) Theſ. pract. voc.* Nachſteuer.

*c) Zepp. ad Ord. Anhalt.*

Theſ. XII.

Nunc ad perſonas, qvæ ab hoc tributo immunes cenſentur, nos convertimus, qvales ſunt, qvæ certo privilegio jure

nate (a) ab omnibus oneribus liberæ pronunciantur. Hoc privilegium etiam ad Paſtores & Eccleſiarum miniſtros non ſine ratione deducunt Doctores. (b) Profeſſores quoque Schola- res & Doctores hujus privilegii participes [illegible] munes cenſentur, [illegible] ferre velint, nullam detractionem ſuſtinere debeant. (c) Et licet alii haſce perſonas per textum citatum à muneribus perſonalibus exemtas, non autem ab oneribus patrimo- nialibus (d) arbitrentur, tamen magna [illegible] ex his textibus [illegible] Klockio. (e) Sane, cum Profeſſores [illegible] eorum immunitas vel inde ſatis indubia eſt. [illegible] [illegible] immunitatem [illegible] ad [illegible] li- beros eorum pertinere, quam diu in eo ſtatu [illegible] villa negotia ſubeunt, concludere [illegible] per textum (f) Alii vero, ſicut ſingulare jus interdum contra rationem juris auctoritate conſtituentium inducitur: (g) ita, [illegible] Municipali [illegible] Cenſus præſtatione [illegible] [illegible] videtur. Hoc [illegible] tam ſalus publica [illegible] que [illegible] Republica [illegible] perſonas [illegible] pati [illegible]: Privilegium hoc immunitatis per [illegible] ſummas. largit. ad Cancellarios, & conſiliarios, [illegible] [illegible] Klockius (i) & alii [illegible] loci, nec Domini [illegible] obligati [illegible] ubi hoc jus obtinet, determinare poteſt. [illegible] que privilegium immunitatis [illegible] mines Palatini, ſi hoc [illegible] expreſſe [illegible], [illegible]

[illegible]

quæ præſtatione hujus cenſus abire & diſcedere poſſint. In decemus emigrantium bona mobilia quoque ab hoc cenſu abſolvendæ. Cum enim non ſint cives, ſed clientes & ob protectionem magnam plerumque tributum pendere ſoleant, æquum non eſt, eos hoc loco inſuper patrimonii ſui diminutionem pati aut partem ejus aliquam Protectori relinquere volunt (d). Sicuti quoque illos nulla jura emigrationis ſolvere, niſi bona immobilia, quæ in loco habuerunt, vendant & [illegible] pretia exportent, refert Speidelius (e) ex Magero. Quod ſi vero maximum horum Judæorum commercium in mobilibus conſiſtat, ut pecunia Collybiſtica vel gemmis &c. ope cujus [illegible] lucrum ex his exportant, horum ratione ab hoc cenſu plane eos eximendos eſſe, non eſt Autorum opinio, [illegible] poſtulat. Ad perſonas denique immunes referuntur, ſi quæ familiæ particulare privilegium ſpeciale de libere undecunque emigrando a Cæſare obtinuerint, qvales ſunt Herren die von Baumsdorff und dero Erbens Erben (f).

Theſ. XIII.

Objectum hujus detractionis ſunt omnia, quæ exportantur bona. Exportari autem intelliguntur, primo bona corporalia mobilia, quæ in ipſis provinciis vel oppidis, unde quis emigrat, inveniuntur. Sub his quoque pecuniæ, quæ pro immobilibus venditis [illegible], comprehenduntur. De incorporalibus autem & rebus in debito [illegible] dubium occurrit. Nam ratione harum rerum ab emigrante, mutante domicilium, [illegible] inferri, hic cenſus quoque præ-

ſolum interdicitur de iis, qvæ ad uſum proprium & familiæ deferuntur jure civili vectigal ſumere, [a] ſed & alimenta in catalogum cauſarum piarum referuntur. [b] Sunt tamen Autores, [c] qvi nec his moventur, ſed contrarium defendunt, qvibus qvidem ideo accedere non dubitamus, qvia ex iis, qvæ in contrarium adducta nullum plane cenſum aut tributum de rebus his ſumendum eſſe, non ſatis ſolide concluditur. Imo dum potius, ubi in alienum territorium dotem & alimenta [non tamen qvæ ad præſentem uſum aſſumta,] illibata transportare licet, deſtituatur Reſpublica iis bonis, qvæ in ejus qvaſi ſinu fuerunt, & huic debent conſervationem & augmentum, non injuſte aliqvid ex iis detrahi poſſe dicimus, niſi aliud peculiariter obtineat. [d] Secundo exportari intelliguntur ea bona, qvæ ejus loci cenſentur, unde qvis decedit, etſi eo in loco revera non exiſtant, qvalia ſunt nomina & mobilia etiam alibi exiſtentia, qvæ perſonæ affixa, & Magiſtratus Jurisdictioni, cui ſubeſt, ſubjecta cenſentur. (e) Ad immobilia vero bona, vel mobilia qvæ perpetui uſus gratia extra territorium habentur, non ſe extendet detractio, juxta Dd. De iis enim bonis, de qvibus ante diſceſſum onera præſtita ſunt, decima ſolvenda eſt, ſicut ipſum nomen oſtendit. Et contra, unde non ſolvuntur onera, de iis non præſtatur hic cenſus ad qvod reſpiciendum [illegible] omnia videtur. Nomen inſuper & actio competens contra aliqvem, non eſt de bonis ejus loci, ubi debitor habitat, ſed de eo territorio, cui ſubjectus eſt creditor. [f] Atqve ideo dum iſte Creditor emigrat, & ſic ratione nominum, qvæ perſonæ ejusqve qvaſi oſſibus inhærent, [g] Superiori loci, qvem [illegible] non amplius obligatus eſt, ſane in compenſationem hujus imminuti tributi qvid ſolvendum, ipſa natura dictitat; qvod & Wittebergenſes, Lipſienſes & Francofurtenſes ad Oderam reſpondiſſe refert Berlichius. [h]

a) l. 5. C. de Vectig.

b) Weſembec. con. 80. p. 2. n. 76. Reiger. voce Alim.

c) Coppen. qvæſt. 6. Berlich. concl. 52. p. 5. n. 40. Card. Tuſch. ſub. voc. Gabella Schwanmannus referente Gontin. Beſoldi voc: Abzug.

d) Chur-Pfaltz Land-recht tit. 7.

e) Rauchb. p. 1. qvæſt. VI. per tot.

f) Berl. p. 3 concl. 52. n. 83.

g) Geil. 2. obſ. 124. n. 18.

h) p. 3. concl. 52. n. 83.

Theſ.

## Theſ. XIV.

Atque ita dum naturam hujus Cenſus maximam partem expoſuimus, omiſſis aliis, quæ latum nimis campum nobis aperire poſſent, de quantitate hujus Cenſus monendum, illam non [illegible] locorum eandem definitam eſſe. Alibi trigeſima, alibi vigeſima: alibi decima qvinta: alibi decima pars decerpitur, & hæc qvidam uſitatiſſima eſt. In Marchia obtinet decima qvinta teſte Schepl[illegible]. In Palatinatu & Electoratu Rheni decima [illegible] etiam alibi ut in Principatu Anhaltino, Naſſovico nec non Francofurti ad Mœnum, Lubecæ, Hamburgi, Bambergæ, [illegible] obſervamus. (b) Quemadmodum autem pro diverſitate [illegible] hujus Cenſus diverſa eſt, ita tamen juſtitia [illegible], ut ſit modicus. Eſt enim Princeps & Magiſtratus [illegible] Patriæ, ideoque paternam pietatem imitari debet. (c) Ut autem de quantitate bonorum Emigrantium conſtare queat, [illegible] in Æſtimum referenda ſunt, vel ut maxime [illegible] receptum eſt, juramento, vel ſtipulata manu [illegible] fortunarum ſuarum æſtimationem apud Magiſtratum [illegible] debent. (d) Quod ſi vero in profeſſione vel [illegible] bonorum ſuorum qvis qvicqvam reticuerit [illegible] communem valorem æſtimaverit, civitas [illegible] Magiſtratus [illegible] æſtimatum offerre & bona ad ſe per[illegible] Richardi [illegible] Wehnerus. (e) Hic in tran[illegible] aliqvam ſimilitudinem intercedere inter Cenſum [illegible] & cenſum Detractionis ſtricte ita dictum [illegible] [illegible] transferendis bonis debeantur.

(b) [illegible]

(c) [illegible]

(d) [illegible] c. 18. [illegible]

(e) [illegible]

ſum deberi, neqve exceptione legitima ſolvendi neceſſitatem declinari poſſe, ſtatim in executione præſidium eſſe poteſt. [a] Qvod tamen fieri volunt Doctores, ut praecedat eo judicis legitimi decreto, lis collectam hanc ſolvendam eſſe, abunde ſignificetur. [b] Executio vero ita adhibetur, ut vel pignora capiantur, [c] Arreſta imponantur, [d] vel mulcta indicatur, vel manu militari hoc tributum exigatur, [e] vel ipſa perſona [illegible] collectas debet, capta in cuſtodiam compingatur: [f] [illegible] qvia pro collectis & penſitationibus prædia ſubditorum [illegible] obligata ſunt, [g] poſſunt & illa, ceſſantibus in ſolvendo hoc cenſu ſubditis, jure diſtrahi. [h] Interdum etiam non per executionis, ſed actionis modum indictus hic Cenſus [illegible] quidem vel perſonali vel reali actione vel interdicto. Perſonalis actio eſt conditio ex lege, ſtatuto, privilegio, conſvetudine, ſi vigore legis, privilegii aut conſvetudinis gabella hec ſolvenda. [i] Realis actio, qva Magiſtratus perſeqvitur non ſolutum Cenſum, eſt Hypothecaria, competens ratione [illegible] tacito jure pro collectis Magiſtratui obligata [illegible] utilis actio, qva Magiſtratus collectandi jus [illegible] ponendi hunc cenſum contra negantem ſibi competere [illegible] dit. Interdicta, qvæ ratione hujus cenſus competere poſſunt, ſunt Interdictum utile uti poſſidetis: Interdum [illegible] unde vi, & alia huc facientia remedia poſſeſſoria, [illegible] modo contra ipſum ſubditum, modo contra [illegible] tium hujus juris negantem competunt. [k] Notandum autem qvod, ubi, num qvis debeat vel non debeat hunc cenſum [illegible] grationis, dubitatur, fiſcum non extraordinariis remediis, vel ordinario progreſſu agere debere. [l] Sed jam [illegible] enim, qvae ad hanc materiam referri poſſent [illegible] inſtituti mei ratio non fert; qvare hic [illegible]

F I N I S.

a] l. 4. C. de Conv. fisci.
b] l. 2 C. de Inditt.
c] l. 1. 2. C. de cap. pign. & diſtrib. cauſ.
d] Rec. Imp. 1594. §. 83. alſo auch Gail. c. ult. de Arreſt. n. 12. Klock. de Contrib. c. 18. n. 4. & c.
e] Bocerus c. 13. de collect.
f] l. 2. C. de exact. Trib.
g] l. 1. C in. qvibus cauſ. pign. l. hyp. tac. l. 7. ff. de public. & Vectig.
h] l. 5 §. ult. de Cenſ. l. 1. 2. C. ſi propter publ. penſit. vend. fuer. cel.
i) l. un. ff. de condict. ex lege ibique Struv.
k] Bocerus c. 13 de Collect.
l) Gail. r. obſ 20 n. 5 8. Klock. c. 18. de contrib. n. 26.

[illegible]